

Multa sane, Auditores plurimum suspiciendi, nobis artis et scientiae humanae opera veneranda  
 sistit antiquitas, in qua si mentis figimus oculos, sic admirari ea nos oportet, ut praee admiratione in  
 stuporem quendam quasi rapiamur. In iis muri sunt Babylonicus CC pedes alti, quinquagenos la-  
 ti, in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore, quam Romanorum, quibus pes ab digitis  
 continebat; tota murorum circumferentia 60 miliaria colligentes, in istam operis portentosi  
 confectionem terdecies centenis hominum millibus ex omni regno adhibitis. In iis templum est  
 Siana Epbesina tota Asia extruente ducentis viginti annis conditum, cuius longitudo erat  
 425 pedum, latitudo ducentorum viginti, columna centum viginti septem à singulis Regibus fa-  
 ctas, 60 pedum altitudine: In iis Colossus et Sidi ex aere conflatus 70 cubitos altus, tanta va-  
 stitate moles, ut pauci pollicem ejus amplecti potuerint: In iis praeter alia quam plurima adi-  
 ficia sunt et Pyramides: Pyramides sunt numero quatuor, quarum amplissima à trecentis sexaginta  
 sex hominum millibus viginti annorum spatio perfecta legitur, detingentis talentos, quum exstruerentur, in  
 vasanos, in allium et cepas erogatis. Auditis haec venerandi Auditores, et non obstupescitis: Obstupescite  
 ego: Vos quoque obstupescite mecum, dum obstupescitis, dignas interim et totidem miraculis Pyramides  
 iudicate, quae meo die instituto inserviant. Cui quaeritis, instituto. dicam, sed non prius dicam,  
 quam et quod ad nomen et quod ad rem Pyramides descripsero. Nomen habent Pyramides à no-  
 vel propterea, quod ignea instar flammae lateribus paulatim gracilescentibus in sublime tenderent, et tan-  
 dem in subtilissimum acutissimum mucronem desinerent. Perogonis vocis originem; percipiat nunc quae so-  
 quid rei fuerint Pyramides: Fuere Pyramides maxime moles à lapidibus, quod raris figuram metam  
 eamque sensim ad proceritatem consurgentes, utq; conum imitarentur, gracilescentes paulisper donec spe-  
 cie quadrata à lato in acutum desinerent. Mirae autem antiquitatis fuisse eas scitote, quiqui avido de-  
 tinamini desiderio auribus vestris dauriendi natales Pyramidum, Pyramides siquidem, quod Arabum scio-  
 la docet, ante diluuium exstructae inq; iis gesta primorum hominum membra. Voluit namq; Arabes, Pyra-  
 mides illas celeberrimas Memphis superstititer ante diluuium edificatas esse. Quid, quod etiam alii extra-  
 bibus tradant, eorum eiq; posteris post diluuium Pyramides aquarum inundatione exstructas supra  
 fundamentis veterum aliorq; in dunc usq; diem in Aegypto superstitibus exstructis restaurasse. Quid de  
 usu Pyramidum haec referant? Sub forma utiq; darum animam hominis, quae ignea veluti natura ad um-  
 bram Veteres volebant Aegyptii, quum haec corpori non secus ac basi vel ignis fomento adhaeret, neq;  
 solum hoc, di quod maximum, sapientes veteres inensis huius generis mollibus, dum magnifica Regum He-  
 roum sepulchra sub iisdem construxere, efficere voluerunt, ut tot tantorumq; Heroum gloria praeter-  
 euntibus celebraretur indeq; memoria eorundem ab omni oblivione vindicaretur: ut et ad imitandum  
 ob oculos eorum virorum ponerentur exempla, in quorum memoria Pyramides exstructae tanta qui-  
 dem arte ut stuporem non tantum intuentibus crearent; sed et facile in memoriam Regum ac Heroum  
 res gestas revocarent. Ne dicam, quod et ea fini exstructae pyramides, ut ab antiquissimis seculis,  
 quid in mundo gestum, et à quibus gestum et quomodo gestum repeterent. Jam firmo siquidem funda-  
 mento nitentur, ut nihil facile contra moliri tempus edax rerum possit. Isto igitur quod non o-  
 mnes integra extent hodie Pyramides aut incorruptae adhuc vigeant, quum et corruptionem et  
 interitum earundem iam dudum Elegiarum elegantissimus Licta Propertio indicavit his versibus:

— Non Pyramidum sumpta ad sidera ducti  
 Mortis ab extrema conditione vacant.